

DI.

V

770

Ista est distinctio. iij. huius quarti libri. In qua magister postquam supius determinavit de baptismo quod tunc ad ea que conveniunt ei finem sequitur. Dixerunt determinavit de effectu baptismi quod tunc ad suscipientes. Et circa hoc tria facit principaliter. Primo est ostendit quod quidam suscipiunt sacramentum et rem, vel sacramentum et non rem, aut rem et non sacramentum. Secundo excludit errorem quorundam dicentium quod baptismus sanguinis cum fide adultis non proficit absque baptismis fluminis. Tertio adiungit quod baptismus gratiam operatur parvulis. Primum facit a principio distinctio, videlicet ibi. Sic et aliter ut supra. Secundum videlicet ibi. Solet etiam queri. Tertium videlicet ad finem distinctio. In speciali ista magister facit in tribus propositionibus. quarum prima est hec. Que sit inter suscipere sacramentum baptismi et rem sacramenti, vel sacramentum et non rem, aut contra, differentia, hic declaratur certa evidenter. Hanc magister in finem dicit, quod quidam suscipiunt rem et sacramentum, quidam autem sacramentum, quidam autem sacramentum et non rem determinat parvulis, rem enim sacramentum recipiunt adulti qui cum fide baptizantur et etiam parvuli qui in baptismo ab originali mundantur. Quis dicitur aliqui quod parvulis qui non sunt electi et predestinati in baptismo peccata non dimittantur, quod non est verum, quod auctoritate beati Augustini ostendit. Postea dicit quod illi qui sine fide sic accedunt ad sacramentum, sacramentum et non rem sacramenti recipiunt, quod auctoritate beati Augustini confirmat. Postea obijcit peritiam finem beati Augustini, qui dicere videtur quod sic accedentes in ipso momento quo baptizantur remissionem peccatorum recipiunt, licet post peccatum propter fictionem remissionem ipsa frustraretur peccata redeant. Et idem videtur dicere apud in epistola ad Galatas. Quotquot in christo baptizati estis christum induistis. Et respondet ad hoc quod Augustinus loquitur hoc conferendo inquirendo et non determinando nec asserendo. Apud loquitur de his qui in suo baptismo christo conformantur quod sic moriuntur vel sustant peccata, sicut christus vel sustant peccata. Isti enim ipsum in duunt per in habitacionem ipsius gratiam. Et dicitur christum omnes induere christum ad sacramentum ipsius christi receptionem, et si non christum ad interiorem sanctificationem. Postea dicit quod aliqui recipiunt rem sacramenti et non sacramentum, sicut illi qui per christi fide sanguinem fundunt, et sicut illi qui cum fide bona et contritione moriuntur, et non habent copiam recipiendi sacramentum sicut latro in cruce, de quo tamen non asserit beatus Augustinus, utrum baptizatus fuerit vel non. Et quo concludit quod sine aqua baptismi aliqui iustificantur et salvantur, et post obijcit per plures auctoritates, quod tales salvantur non possunt. Et respondet quod auctoritates intelliguntur, ubi homo habuit oportunitatem et copiam recipiendi sacramentum, et contempserit sacramentum recipere. Secunda propositio. Baptismus effusus sanguinis valet in casu sine baptismis fluminis. Hanc propositionem magister insinuans remouet errorem quorundam dicentium nullum adultum per fidem et charitatem posse iustificari sine baptismis nisi sanguinem per christum fundat, quod patet auctoritatibus beati Augustini. Et respondet magister quod auctores intelligende sunt si sit tempus et contempserit baptismi. Si autem fidem habeant contritionem et baptizari voluerit et non possunt morte preuenit omnipotentis benignitas supplet quod sacramentum de fuerat. Quod autem inuisibilis sanctificatio quibusdam insit sine visibili sacramento ostendit quibusdam auctoritatibus beati Augustini. Subdit tamen quod propter hoc non est visibile sacramentum contempnendum, quod sacramenti contempstor inuisibiliter sanctificari non potest. De parvulis autem quibus fides aliena subuenit dicit secundo esse in adultis, non enim tamen valet fides aliena in puulo christum propria in adulto, parvulus enim non sufficit fides ecclesie sine sacramento, Unde si fuerint absque sa-

cramento defuncti etiam cum deferuntur ad baptismum damnantur, et numero infidelium ascribuntur. Si autem baptizantur fideles vocantur, propter fidei sacramentum que omnia auctoritatibus confirmat. Postea querit quid utilitatis subsequens receptio sacramenti conferat prius per fidem et charitatem sanctitatis, videtur enim esse in plura cum nihil stare videatur. Et respondet quod non est superflua, imo eis multum valet, qui enim per fidem et contritionem iustificantur, purgantur quidem a peccati macula, et a debito pene eterne absoluntur, tenent tamen ad satisfactionem ad quam penitentes in ecclesia obligantur, per susceptionem autem baptismi hec obligatio seu satisfactio remittitur et a peccatis, que iterum post conversionem attraxerunt imbuuntur et gratia et omnis virtus in eis augetur, et fomes in eis magis debilitatur, et intra ecclesiam numero et iudicio ecclesie collocantur. Postea querit, cum in baptismo remittantur peccata et reatus pene solvantur, quare penitentia ex peccato consecuta non tollantur. Et respondet quod penitentia remanent post baptismum duplici ratione. Primo ne talis ablutio penitentiam putaretur penitentiam esse finale baptismi et non regnum eternum, ut ergo studiose illa vita querat que perit a penis omnibus aliena remanent penitentia. Secunda causa est ut detur baptizatis materia pugnandi, et per consequens vincendi. Non enim aliquis vinceret nisi pugnaret, nec pugnaret si in baptismo omnes penitentias tollerentur. Postea querit cum prius iustificati postea baptizantur cuius rei baptismus ille sit sacramentum et signum. Et respondet quod iustificationis prius habite sicut et imperfecte est signum iustificationis faciende, nisi impedimentum adesset. Quod non est in contrarium quod res precedat quandoque sacramentum et quod sequitur longe post, ut in fictis qui postea penitent. Tertia propositio est hec. Non tamen prodest fides aliena parvulis christum fides propria adultis et perit. Hanc magister insinuans querit, quod parvuli in baptismo recipiunt gratiam, de adultis autem qui digne recipiunt non est dubium. Et videtur quod non, quia gratia illa ad preparationem voluntatis datur, parvuli actu voluntatis ut non possunt igitur rem. In contrarium est quod non saluarentur nisi reciperent gratiam. Et respondet quod recipiunt gratiam in via nature et non in usu, usum autem habent cum perveniunt ad perfectam etatem, nisi per liberum arbitrium usum huius numeris extinguant peccando. Et tamen in speciali.

Quod baptismus eque sanctus est a bono et a malo datus bono vel malo.

Questio scilicet. **DI. V.**
Primum est sacramentum baptismi a bonis et a malis ministris dari, sicut a bonis et a malis sumuntur, nec melior est baptismus qui per meliorem datur, nec minus bonus qui per minus bonum datur, nec malus qui per malum datur, nec maius minus datur in baptismo dato a bono, nec minus in baptismo dato a malo, sed equalis, quia non est munus hominis fidei. Quod totum subdit declaratur testimonio Augustini, ait. Baptismus talis est qualis est ille cui pretere datur, non quod est ille per cuius ministerium datur. Item. Proius fieri potest ut aliqui verum habeant baptismum et non habeant